

*joachini Camerarius.*

## Aequis et Studiosis bonarum artium Lectorib:

Si quid de pictura hoc loco dicendum duxisse. Non tam laudibus illam q̄q̄ deploratione fuerā celebraturus. Cui enim vestrum ignota esse possunt laudatiss: artis encomia. Me vero et florentis amissionem, et repululantis neglectionem, quis datus vito sit ac non arbitraturus potius debuisse dolore et lacrimis p̄sequi? Sed mihi consilium nō fuit de arte nunc quidem verba facere, de artistice auctore huius libri, deq̄ opera nostra, necessitate quadam non nihil disputatuero. Ac illum quidem confido virtute meritisq; innovuisse, non sive modo patrice sed exteris etiam nationib. Satisq; intelligo non expectare laudes ipsius nostra praeconia, præsertim cum eximia opera sempererna gloria auctum ornatumq; relinquant. Conueniens tamen iudicauimus, cum quod illius inuenta ederemus, tum quod occasio data esset mandandi litteris præclaris viri nobisq; amiciss. vitæ ac mores, perterere quicce partim sermonib. aliorum partim præsentes de ipso cognouissimus, habitura prædicationem aliquam dexteritatis et ingenij singularis et artificis et hominis, atq; etiam allatura voluptatis non nihil legentib. Albertum nostrum e pannonia oriundum accepimus. Sed cuius maiores in Germaniam cōmigrarint. De origine igitur et natalib. illius copiose orationi locus non erit. Qui et si fuero honesti, ab eo tamen maiorem splendorem accepisse constat quam tribuisse. Dederat huic natura corpus compositione et statura conspicuum, aptum qz animo specioso quē cōtineret, ut iusticie sive quam solet extollere Hippocrates et iam in hoc nō oblita fuerit, quicce vt ridicule animato simile ridiculum quoqz corpus texuit, ita præclaris mentib. conuenientia corpora circum dare consueuit. Erat caput argutum, oculi micantes, nasus honestus et quem greci *τερέων* vocant, peccinsculū collum, pectus amplum, castigatus venier, femora nervosa, crura stabilia. Sed digitis nihil dirisses vidisse eleganter. Sermonis autem tanta suauitas atq; is lepor, ut nihil esse audientib. magis contrariū qz finis. Litterarum quidem studia non attigerat, sed quicce illis tamen traduntur, max. naturalium et mathematicarum rerum scientie, sive didicerat. Eqz is præcipua ut intelligebat et re explicare nouerat, ita et oratione sciebat declarare. Testatur hoc scripta eius Geometrica, in quib. quid de illa scientia possit requiri, quatenus quidem tractandam sibi iudicauit, nō video. Ferebatur autem magno quodam ardore animi ad omnem honestatem morum et vice complectendam, quam ita præcessit ut vir optimus merito habereur. Nō tamen erat aut tristis seueritate aut grauitate odiosa, quin etiam quicquid ad suavitatem hilaritatemq; facere putatur neq; ab honesto nec recto alienum, et ipse per ceteram nō neglexerat, et probabat etiā sīnex, cuiusmodi sunt gymnastics et Musice reliquie. Sed præ ceteris eū ad picturam natura finxerat, quare et illius studium totis virib. complexus, et obiq; genitum laudatorum pictorum opera, et rationum illorum cognoscendi, et imitandi quicce probasset cura tenebat. Inter quicce et max. regum ac principum ipsiusq; adeo Maximiani et huius nepotis Caroli ADG. et benignitatem expertus et fauorem consecutus est, affectus ab illis non aspernando salario. Sed obi iam habuit illius manus, ut ita loquar, maturitatem, tum max. de operib. intelligeres ingenium sublime et virtutis amans, talia enim omnia faciebat grandia et laudabilis argumenti. Extant encomia Maximiani, exat et historice astronomice opera immortalia de quib. quicce memoranti

A ij

Cautum est D. Caroli. V. Imper. Rom. edicto Ne cui  
Alberti Düreri scripta vel in hoc genere vel Geometrico-  
rum elementorum, vel tychismatica, typis impune  
excusare excusa ne venditare liceat,  
contra facientib. multa dicā  
quicce in diplomate priuilegijs continetur.